



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Lydvvina V. 14. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

4. April.
Pascha
feudo
nen san
egat le
atholi
ccensos
n exuit;
liminu
n à pa
d è ca
mpade
ens im
ad Ca
a piet
a han
S. Gr
tristay
ilvavu
ant tu
paria
is.
entib
nuptu
posta
habitu
marito
a filium
re. Co
preces
udoren
ne, no
audita

14. April. VITÆ SANCTORVM. 193
auditâ crudelitate, secat. Enim verò non tulit vin-
dex Numen, sed parricidium exemplò cæcitate
multavit. Interea adsunt, qui maritum castissimæ
volunt conventum; vident sanguini suo innatae
pudicitiam; vident cæco vestigio muris oberran-
tem Susanneum senem; quis tragœdiam hanc de-
derit: rogant. Non ausus est diffiteri auctorem se
esse amens Oedipus; sed cùm atrocitatem crimi-
nis, quam videns non viderat, nunc cæcus vel fo-
le clariorem aspiceret, non dubitavit ultrò mor-
tem orare, & capitis in se sententiam ipse pronun-
tiare. Et verò hunc facile judices audiverunt, cæ-
cumque duci scilicet jusserunt: THOMA IDIS verò
tumulus ceu Martyris cultus a Cœnobitis Sceta-
nis, Asylon deinceps fuit eorum, qui hostem Cu-
pidinem fugerent. Nimirum jam antè cæcutiens
puer oculis suis timet. Ex Meneis.

Quoties te sentis turpibus cogitationibus pulsari,
toties pone ante mentis oculos, quomodo Christus truci-
fixus est pro te. Redemptor tuus moritur pro te, & tu
nescis cuiusmodi sordida cogitatione sordidaris in men-
te. Hug. l. 3. de Ani.

S. LYDVINA V. 14. Aprilis.

LYDWINA formam obesse castitati videns, di-
lignum virgine rata est votum, deformitatem
à cælo petere. Audiit hoc, & omnia morborum
examina misit: iis ita omnis gratia defluxit, ut ne-
mini jam placeret cadaver domum ducere. Sed sic
illa demum formosa CHRISTO visa est. Hic ex a-
mantibus solus jam ægræ cum MATRE effidere;
solus amoris sui & patientiæ symbola per Ange-
los lectulum ambientes ostentare: quorum certè
unâ recordatione LYDWINA cruciatus supra
I quam

quām dici aut credi potest, graves, facile tamē omnes redimebat. Genium tutelarem ducem ea loca, quæ CHRISTVS olim præsentia suā nobilitavit, ad purgantes item flamas & beatas sedes habuit. Ab eodem donum è primi parentis homo lignum tulit odore nobile: ut inde una jam vel virginitas vel patientia sperare quid posse yideretur. In subsidium pauperum ipsa pauperrima peculium tamē corrogabat, & JESV crumenam dictabat; cui profectò omnes, cùm audient, avari videbunt, quippe quæ exhauriri nunquā potuit. Homini facinoroso suasit, plumis in unum latnoctem incumberet. Risit ille, sed cùm hoc in plenis non posset, ne in flammis olim posse cogentur, flevit deinceps. At LYDWINA anno Christi M. CCCC. XXX. ægritudinis assidue ac multiplicis XXXVIII. cùm id dolorum incrementum impetrasset, ut ignibus nihil superesset piandum mortua tandem est, vel, ut rectius loquar, tandem desiit mori. Ex Io. Bruggmano.

Corporea omnia, & quidquid fluxum est & cada cum aspernans, totum te cælesti Patri addicas, nec presenti tempori, sed futuro & vo vivas, mortisque meditationem, ut Plato ait, hanc vitam existimes. S. Grec. Naz. ad Philagr.

S. FRONTO ABBAS. 14. Aprilis.

RIdiculi homines, morituri né moriamur fratre, extimescimus. Commeatum in annos comportamus, diem victuri: horrea struimus, se pulchrum subituri, formicæ dicam an homines? Nimirum qui vitam dedit, victum vitæ extra urbem non poterit dare? Quasi verò si ille velut etiam inter medias epulas non Midæ, inter aquæ

pob